Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nignitatem humilitatem modestiam patientiam
sustinentes invicem et donantes vobismetipsis
si quis adversus aliquem habet querelam sicut et do
nauit vobis ita et vos super omnia autem hec caritatem
habete quod est vinculum perfectionis. Et pax xpi exul
tet in cordibus vestris in qua et vocati estis in uno cor
pore. Et gratiam estote verbum xpi habitet in vobis ha
bundanter in omni sapientia docentes et monentes
vosmetipsos psalmis ymnis et canticis spiritalibus
in gratia cantantes in cordibus vestris domino Omne quod
cumque facitis in verbo aut in opere omnia in nomine
domini ihesu gratias agentes deo et patri per ipsum xpm
Nostrum. Secundum Matthaeum. In illo tempore
Respondens ihesus dixit: Confiteor tibi pater domine celi
et terre: quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus
et revelasti ea parvulis Ita pater: quoniam sic placitum
fuit ante te: Omnia mihi tradita sunt a patre
meo: Et nemo novit filium nisi pater neque patrem quis
novit nisi filius. et cui voluerit filius revelare.
Venite ad me omnes qui laboratis et onerati
estis: et ego reficiam vos: Tollite iugum me
um super vos: et discite a me quia mitis sum et hu
milis corde. et invenietis requiem animabus vestris;
Iugum enim meum suave est et onus meum leve.